



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 62. Dolosa Quesnellistarum molimina contra Noailii declarationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII. „que illi, qui sese ab Ecclesia infausta
 A. C. 1728. „sorte separarunt, rursus ad perfectam
 „unitatem & diuturnam pacem redu-
 „cantur. Inde fiet, ut postquam bo-
 „num certamen certasti, & cursum
 „consumasti, tandem etiam coronam
 „justitiæ tibi repositam habeas, quam
 „justus Judex bene certantibus reddere
 „solet. In quorum fidem Apostolicam
 „nostram benedictionem Tibi peraman-
 „ter impertimur, ac diuturnam vale-
 „tudinem paterno affectu apprecamur.

§. LXII.

*Dolosa Quesnellistarum molimina con-
 tra Noailii declarationem.*

Tam sincera, & luculenta Noailii
 palinodia Quesnellistis acerbissi-
 mum inussit dolorem, ac confusionem;
 probe enim prospexerant, avulso fa-
 ctionis Capite, primario Duce, ac ma-
 ximæ auctoritatis patrono in die belli
 ad castra Israel reverso nil propius esse,
 quam internecinam suorum cladem,
 sectæ excidium, ac perpetuam obsti-
 natorum infamiam. Ut ergo lethale
 hoc vulnus quodammodo sanarent, om-
 nes vires, artes, consilia, & quicquid
 in ipsis erat versutiæ aut industriæ,
 sedulo conferebant; cum autem Noail-
 lii retractationem nec inficiari, minus
 vero

vero solidis rationum momentis im- ^{Sæc. XVIII.}
 pugnare possent, fraudibus & dolis, ^{A. C. 1728.}
 pro more suo agere constituunt. Fin-
 gunt ergo, Cardinalem Noaillium *man-*
damentum, seu epistolam encyclicam
 suæ palinodiæ testem publici quidem
 juris die vigesima secunda Augusti fe-
 cisse, ad illius tamen calcem proprio
 chirographo addidisse declarationem,
 vi cujus omnia, quæ in favorem Con-
 stitutionis gessisse vel scripsisse crederetur,
 tanquam nulla & irrita, & non-
 nisi falso sub ejus nomine edita fuisse
 profiteretur: Erat autem confictæ
 hujus declarationis tenor sequens:
 „Inter procellas, quibus Ecclesia
 „agitatur, nos vel maxime tam acerbis
 „& assiduo dolore cruciamur, ut vale-
 „tudo nostra afflictionis gravitati suc-
 „cumbat, insuper inter duo fluctuamus
 „extrema, scilicet sinceram doctrinam,
 „ac Ecclesiæ Regulam conservandi de-
 „siderium: & fervens pacis studium,
 „quo veluti naturali pondere ad ea om-
 „nia, quæ ad hunc finem conferunt,
 „exequenda inclinamur. Utroque sti-
 „mulati quam difficulter hæc duo inter
 „se conciliari queant, experimur, præ-
 „cipue periculoso hoc temporis arti-
 „culo, quo de diuturna & difficillima
 „Diæcesis administratione rationem
 „reddituri, misericordia Dei egemus „
 „Veri-

Sæc. XVIII.

A. C. 1728.

„Veritatis depositum, Episcopatus
 „jura, & Ecclesiæ Regulas conservandi
 „desiderium nos impulit, ut primo a
 „Constitutione appellaremus, & postea
 „unacum undecim nostris in Episco-
 „patu Confratribus perdemissas ad Re-
 „gem daremus literas, in quibus do-
 „ctrinæ in XIII. Articulis contentæ ra-
 „tionem reddidimus, & de sententia
 „in Embrodunensi Concilio illegitime
 „lata questi sumus, ac propterea re-
 „clamavimus contra omnia, quæ in
 „hujus sententiæ confirmationem di-
 „recte vel indirecte attentari possent. „

„Cum vero Viri in dignitate con-
 „stituti, ut pacis amore nos huic sen-
 „tentiæ non opponamus, efflictim ro-
 „garent, eorum quoque precibus in-
 „clinati scripto nobis exhibito die de-
 „cima nona Maij hoc anno subscripsi-
 „mus, ac propterea veritatis & justitiæ
 „debito obstricti sumus, ut nostram de-
 „super mentem exponamus. „

„Legimus in hoc scripto solem-
 „nem declarationem vivendi & mo-
 „riendi in submissione Sacræ Sedi, au-
 „thoritati Ecclesiæ, & Pastorum Ca-
 „piti suo unitorum communioni de-
 „bita, huic declarationi, uti hæctenus
 „semper fecimus, haud cunctanter sub-
 „scripsimus; ubi autem dolentes per-
 „cepimus, vagam hanc declarationem
 „ad

„ad ea etiam, quæ in nostris literis ad Sæc. XVIII.
 „Regem, & in nostra oppositione con- A. C. 1728.
 „tinentur, extendi, perinde ac si con-
 „tra mentem nostram censuerimus,
 „has controversias dogmatica decisione
 „Ecclesiæ, & unanimi consensu (cum
 „tamen in ejusmodi dogmatum
 „professione, eorundemque dam-
 „natione omnes Pastores non sint uniti)
 „jam esse finitas, hinc declaramus,
 „hanc sequelam exin perperam de-
 „duci, & verborum tenori esse opposi-
 „tam, eo quod in illis supponatur dis-
 „sensio, quam per summum Pontifi-
 „cem tolli, ex toto corde exoptamus. „

„Hac supplicatione nostra ad San-
 „ctitatem suam facta abutuntur illi,
 „qui nobis, quæ nunquam credidi-
 „mus, affingere moliuntur; nil enim
 „aliud intendimus, quam profundam
 „nostram testari venerationem erga
 „summum Pontificem, illumque co-
 „lere, quem Deus hac dignitate in-
 „signavit, & qui pretiosas veritates
 „gratiæ ex se efficacis & prædestina-
 „tionis gratiæ sua auctoritate tueri
 „voluit: Nos igitur epistolam ad Re-
 „gem datam in nullo labefactavimus,
 „sed in ea exposuimus, appellationes
 „nostras ad futurum Concilium immo-
 „tis Regni legibus juribusque apprime
 „esse consonas, & quamvis Rex has
Hist. Eccles. Tom. LXXII. Zz „li-

Sæc. XVIII. „literas nequidem apertas ad Nos re-
 A. C. 1728. „miserit, confidimus tamen, rationes
 „ibidem adductas difficultatibus oppo-
 „sitis prævalituras, & Regem S. Ca-
 „nonum Protectorem nostris rationibus
 „expugnatum auctoritate divinitus sibi
 „concessa ad tuendam causæ nostræ
 „æquitatem usurum. Idem etiam spe-
 „ramus de Magistratibus. „

„Si ergo Franciæ Episcopos Præ-
 „decessores nostros sæculis retro actis
 „non puduit fateri, se aliorum fraude
 „deceptos subscripsisse, absit, ut nos
 „illis auctoritate & scientia superiores
 „esse credamus, sed potius ipsorum hu-
 „militatem imitantes fateamur, quod
 „diversorum sollicitationibus circum-
 „venti scriptum nobis exhibitum ea,
 „qua par fuisset, attentione examinare
 „neglexerimus; nobis tamen persua-
 „sum est, æquitatis studiosos probe
 „cognituros, aliud esse subscriptionem
 „dolose extortam, & aliud subscri-
 „ptionem ex cordis plenitudine factam
 „& pro defendenda Ecclesiæ doctrina
 „firmis auctoritatibus suffultam. Ea
 „de causa præsentem declarationem
 „fecimus, tanquam veritatis homa-
 „gium, & æternum monumentum ad-
 „versus omnem subreptitiam subscri-
 „ptionem &c. „

Ad

Ad calcem hujus declarationis proprio Noaillii chirographo sequentia verba fuisse adjecta comminiscuntur Quesnelistæ: *Hac declaratione sepius perlecta, & mature discussa, adhibita etiam omni, qua par est, attentione illam ceu veros meos sensus continentem proprio chirographo firmavi, ut authenticum sit monumentum contra omne aliud instrumentum, mandamentum, Instructionem Pastoralem, & quamcunque declarationem, quæ mihi vel sanitate integro, vel morti vicino, si ea contraria foret, obtrudetur: Insuper hujus declarationis latori facultatem dedi, ut illam publici juris facere posset, si forte sub nomine meo aliud mandamentum, instructio Pastoralis, aut contraria declaratio divulgaretur. Datum Parisiis die 22. Aug. 1728.*

Sæc. XVIII.
A. C. 1728.

LUDOVICUS ANTONIUS
Cardinalis de Noailles Parisiensis
Archiepiscopus.

Ut vero Quesnelistæ tam nefario huic commento suo majus auctoritatis pondus conciliarent, audacter fingebant, Noaillium anno sequenti die vigesima sexta Februarii suam epistolam encyclicam, quam Galli *mandamentum* vocant, Anno 1728. die undecima Octobris publice affixam altera, & quidem contraria declaratione revocasse,

Zz 2

simul-

Sæc. XVIII. simulque professum esse, sibi nunquam
 A. C. 1728. in mentem venisse, aut Constitutionem
Unigenitus recipere, aut interjectam ap-
 pellationem revocare: minus vero Em-
 brodunensem Synodum approbare, aut
 doctrinam Instructioni Anno 1719. e-
 ditæ contrariam amplecti.

Cum autem oculatiores Quesne-
 listæ probe cognoscerent, conficta hac
 revocatione honori ac famæ Cardina-
 lis. constantissimi olim Antesignani sui
 multum detrahi, ac in perpetuam ejus
 infamiam verti, vel quod primum suæ
 palinodiæ documentum, ignarus, quid
 in eo contineretur, improvide & non-
 nisi ad paucorum sollicitationem sub-
 scripserit, aut quod sciens volensque
 uno eodemque die & anno calidum
 & frigidum evomuerit, proin vel levi-
 tatis, & haud tolerandæ socordiæ ac
 pudendæ temeritatis notam sibi acci-
 verit: quoniam vero Noailium reipsa
 primum suæ palinodiæ documentum
 edidisse, & suæ submissionis literas te-
 stes ad Papam dedisse, inficiari non
 auderent, in vulgus spargebant, Noail-
 lium senio & morbis adeo debilitatum
 fuisse, ut vix sui compos, atque ad
 ea, quæ proponerentur, ponderanda he-
 bes & obtusus per seipsum sine aliena
 manu hoc mandamentum conficere
 non potuerit, sed ab aliis confectum
 ne-

nescius quid ageret, suo chirographo Sæc. XVIII.
 firmiter: Verum novi hujus commenti A. C. 1728.
 inanitas facile detegitur, imo & mani-
 bus palpatur; quo enim fato contigit,
 quod Noaillius ad detestandos suos er-
 rores, revocandas appellationes atque
 ad acceptandam Constitutionem hebes,
 mente vacuus, ineptus, ac innabilis
 fuerit, eodem autem anno & die ad
 conficiendam mentis suæ declaratio-
 nem, ad revocandam suam palino-
 diam & comprobandas appellationes
 &c. viribus integer, sibi plene con-
 scius & compos, ac ingenio firmus ex-
 titerit? Mentita est iniquitas sibi. Lu-
 culentius adhuc patuit eorum fraus,
 dum ipsemet Noaillius iteratis literis
 apud summum Pontificem, aliosque
 vehementer questus est, quod dolosis
 quorundam machinationibus in vul-
 gus sparsum esset, perinde ac si palino-
 diam suam ipse revocasset, & pristinæ
 suæ appellationi pertinacius insisteret.

§. LXIII.

*Cardinalis Noaillii palinodia omnibus
 Diocesanis manifestata.*

Ut vero Noaillius Cardinalis ferventi
 Pontificis desiderio haud cunctan-
 ter satisfaceret, promissis non animosior
 quam facto mox *mandamentum* seu epi-
 stolam